Feria Tertia post Dominicam Iudica Quadragesimae proxima Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

5/IV 1672.

Zgurski Rusieckim Coniugibus Cedit.

1080

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemysliensibus Generosus Joannes Zgurski Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; Suis quibus propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; Subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo inscriptionis nimirum de summis binis, prima quidem Trium Millium Florenorum Polonicalium, primum et originaliter Generoso Petro Paulo Karwowski per Generosum olim Carolum Franciscum in Białoboki Korniakt Coram Actis officij praesentis Feria Tertia pridie Festi Sanctae Mariae Magdalenae in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto modo simplicis debiti inscripta, et ad Solvendum Super omnibus generaliter bonis suis assecurata Sibi vero Recognoscenti per eundem Suprascriptum Generosum Petrum Paulum Karwowski Actis eiusdem officij praesentis in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto Cessa et condescensa, nec non de eadem ipsa Inscriptione debitorea Castrensi Praemysliensi atq; de

1002

\+

Inscriptio certa inter prædictum olim Generosum Carolum Franciscum Korniakt ab Una et prædictum Generosum Petrum Paulum Karwowski parte ab altera ratione provisionis a summa præfata Trium Millium Florenorum Polonicalium provenientis, et in bonis certæ sortis Zakrzacze dict. in Villa Wysoka Terra Vero Præmisliensi et Districtu Pruchnicensi iacentis et consistentis assecuratæ, atque aliarum rerum et Conditionum in eadem Interciza Contentarum, de actu et data illius hic Præmisliæ Feria Tertia pridie Festi Sanctæ Mariæ Magdalenæ anno eodem quo supra Videlicet Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto confecta conscripta, manibus ab Utrinque subscripta Actisque officii præsentis cum interpositione Vadii Summa Trium Millium Florenorum Polonicalium ad tenendum firmatæ, roboratæ, eiusque Inscriptione roboratoria itidem per eundem Suprascriptum Generosum Petrum Paulum Karwowski ipse Recognoscentem transfusio. Altera Vero summa Mille Florenorum Polonicalium per eundem Suprascriptum Generosum olim Carolum Franciscum Korniakt in Białoboki, ad priorem summam Trium Millium Florenorum Polonicalium modo quo Supra sibi Recognoscenti factam et servientem, modo adscriptitio Actis iisdem officii præsentis in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo inscriptæ, et super bonis iisdem superius recensitis certæ sortis Villæ Zakrzacze dict. modo obligatorio de anno ad annum in summa simul iuncta, et in Unum copulata, Unamque et indivisam summam Quatuor Millium Florenorum Polonicalium efficientis, et provisione a summa eadem provenientem ad solvendum assecuratæ, nec non de eadem ipsa Inscriptione adscriptitia super summam præfatam sese extendens, in Inscriptionibus eisdem Originali debitorea et subsequenti Cessionaria Interciza memorata et eius Roboratione, atque præsenti Inscriptione adscriptitia in se de

præmissis

lationibus, necnon de bonis superius recensitis cum parata eorun:
dem bonorum in præfata Intercisa specificatorum, et in prouisi:
one demonstratorum, Jurisq præsentibus Cessi Intromissione Iu:
itione, pacificeq in hucusq per se recognoscentem Continuata pos:
sessione, cum omni præmissorum Jure Dominio proprietate
Competentiaq et prærogatiua quauis omnibus et singulis
Inscriptionum præfatarum, Originalis debitoreæ et subsequen:
tis Cessionariæ Intercisæ memoratæ, et eius Roborationis atq
prædictæ Scriptitiæ Conditionibus, punctis clausulis articulis, Va:
diis ligamentis, ac nexibus in Vniuersum omnibus Summâ
suprascriptâ, Vnam et indiuisam Summam Quatuor Millium
Florenorum Polonicalium efficientis, ac prouisionis a Summa
eadem prouenientis, et bonorum summa eadem simul iuncta
et bonarum summa eadem, et prouisione, Jureq præsentibq
cesso oneratorum, Vtilitatibus, fructibus, prouentibus redditi:
bus, emolumentis, Commodis obuentionibus, attinentiisq et per:
tinentiis, generaliter Vniuersis. Nihil ex præmissis Juris Domi:
nij proprietatis, ac Cuiuuis Competantiæ et prærogatiuæ pro se
Recognoscente Suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando
seu excipiendo, Verum prout præmissa omnia et singula ipse:
met Recognoscens tenuit habuit, et possidebat, ipsumq Con:
cernebant, ac eidem legitime seruiebant, Jam ex nunc et de
facto Generosis Stanislao Kusiecki et Mariannæ Modzielo:
wska Coniugibus legitimis, et eorum successoribus (accepta ab
ipsis pro præmissis omnibus plenaria et sufficienti satisfacti:
one) cedit et condescendit, prout cessit, et condescendit præ:
sentibus, omneq et integrum Jus suum sibi Recognoscentibus
ad præmissa seruiens, in personas eorundem Generoso:
rum Stanislai Kusiecki, et Mariannæ Modzielowski Con:
iugum legitimorum Cessionariorum suorum et eorum suc:
cessorum, totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et in:
corporauit, prout transfert, transfundit. et incorporat præ:
sentibus. In quod quidem Jus præsens Cessum, Summaq su:
prascriptâ, Vnam et indiuisam Summam Quatuor Millium

+

Florenorum Polonicalium efficientes, ac provisionis a Sum:
ma eadem provenientis, et bonorum Summa eadem Si:
mul iuncta et bonorum summa eadem et in provisione
Jureq́ praesenti Cesso oneratorum, praemissaq́ omnia prae:
Sentibus perse Recognoscentem transfusa. Idem Recogno:
scens Generosus Joannes Zgorski praefatis Generosis Stani:
slao Kwiecki et Mariannae Medziebroska Cessionariis Suis
eiusq́ posteris, Jam ex nunc et defacto Coram officio praesenti
dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacifi:
camq́ Possessionem per Ministerialem quemcunq́ competentem
et Nobiles duos, die quacunq́ Volueri[n]t efficiose acceptandum
Per ipsos Cessionarios Suos et ipsos posteros, hoc idem Ius praesens
cessum Summam ac bona Summa eadem simul iuncta et pro:
visione ab eadem Summa proveniente, Jureq́ praesentibus Cesso
onerata, praemissaq́ omnia per praesentes abscessa, cum Uni:
versis eorum Utilitatibus, et Ususfructibus, Competentiisq́ et prae:
rogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq́ quie:
te et pacifice Utifruendi, ac ad suos suorumq́ Successorum quos
vis beneplacitos, Usus fructus libere et effectualiter Convertendi:
di, praefati Iuris originalis, ea omnia latius in se Complecten:
tis, praesentisq́ Cessi et transfusi Vigore. Debetq́ et tenebitur
memoratus Recognoscens prout se ac suos Successores in et
super bonis suis generaliter omnibus, ac Summis quibusvis
pecuniariis habitis et habendis praefatis Cessionariis Suis in:
scribit et obligat praesentibus, Ipsos et eorum posteros in dicto
Iure Cesso, Summa ac bona Summa eadem simul iuncta
et in provisione ab eadem Summa proveniente onerata,
praemissaq́ omnia praesentibus Cessa et ratione eorundem
omnium praesentibus abscessorum ab omni et quavis im
petitione Iuridica, quarumcunq́ personarum Cuiuscunq́
Conditionis status et Sexus cuiusvis existentium, ex re per:
sona et occasione sui Recognoscentis suorumq́ Succorum

Jurisq́

Jurisq prædenti Cessi, tantum modo et non ultra exoriunda in omni Judicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit biori defendere, eximere intercedere, et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non hocidem Jus prædens Cessum, summam, ac bona summa simul iuncta, et in provisione, ab eadem summa provenientes, Jurisq præsentibus cesso onerata, præmissaq omnia præsentibus transfusa, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus, prioribus et posterioribus, super eadem præmissa omnia præsentibus condescensa, cuiuis personarum, modo quocunq ibidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis tum etiam a quibusuis Citationibus, super eadem præmissa omnia per præsentes abscessa importatis et importandis Lucris denique et perlucris, processibusq Juris quibusuis in quocunq puncto et gradu Juris dependens et in quovis Judicio et officio Regni obtentt et obtinery ac super præmissis omnibus præsentibus transfusis, ibidem ex re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumq successorum tantum modo et non ultra perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere. Ac etiam Intromissionem præfatam coram officio præsenti admissam in fundo bonorum præfatorum summa eadem simul iuncta, et in provisione ab eadem summa proveniente, Jurisq præsenti Cesso abscensa præsentibus oneratorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requireretur, non denegare, imo debebit, et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem possessionem et Usumfructum præmissorum omnium præsentibus transfusorum, modo quovis tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas.

personas non præpedire nec adimere, ipsosq[ue] Cessionarios suos
et eorum posteros in præmissis omnibus præsentibus condescen:
dis, nullo modo iniuriari, ita Vt ijdem Cessionarij sui cum suis po:
steris hoc idem Ius præsens Cessum, summam, ac bona summa ea:
dem simul iuncta et in prouisione ab eadem summa proue:
niente onerata, præmissaq[ue] omnia præsentibus cessa, cum Vni:
uersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus, Competentijsq[ue] et præ
rogatiua quauis quiete et pacifice præsentis Inscriptionis Ces:
sionariæ Vigore tenere habere et possidere queat illisq[ue] Vti frui
possit. Idq[ue] sub Vadio similis summæ suprascriptæ simul iunctæ
Quatuor Millium Floren[orum] Polon[icalium] per eundem Generosum Ioan:
nem Zgorski Recognoscentem siue eius posteros, prænomina:
tis Generosis Cessionarijs suis, Vel eorum successoribus, ob non
Completionem, præmissorum omnium et singulorum, tam in parte
quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succum:
bendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad soluendum
succubito, ac re aliqua principali ex præmissis non Completa
Complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Ge:
nerosus Ioannes Zgorski siue eius posteri, Ad Instantiam
suprascriptæ Generosorum Stanislai Rusiecki et Mariannæ
Modzielowska Coniugum Legitimorum sui Recognoscentis
Cessionariorum Vel ipsorum successorum ad officium præsens
Castrense Capitaneale Præmisliense, ex tunc recessu supra:
scripto quo ad respondendum spectat mediante, semper
in Primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, stare Iuri
parere respondere, Vadium prætactum Luere, Inscriptioni huic
satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue]
ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat
præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium
Vt et alios omnes exinde Consequentes, Causæ eiusdem Ter:
minos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori
minoren:

minorennitate, Successorum legatione, intra Vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, Vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praefatam Vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus Vel triplicatis, evasionibus suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneque, Vel aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Mlodecki. G: Telec Quietat

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Christophorus Mlodecki Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum hunc attinet, Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam, libere, publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse Generosum Joannem Venceslaum Telec Pincernam Kijoviae et ipsius posteros de summa Noningentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eundem Generosum Telec Pincernam Kijoviae, Actis Terrestribus Praemysliensibus in positione Actorum eorundem Judiciaria modo simplici debiti in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo proxime praeterito inscripta, et super bonis eius generaliter omnibus ad Soluendum assecuratt, nec non de eas.